



hæc uerba . habuit propheta in domum suam; hæc autem omnia egit
nathan . ut ostenderet huius uiri benignitatem . & mentis eius cor
reptionem . qualem acceperit indulgentiam peccatorum . qualem
consecutus sit ueniam delictorum . & dicit erga fidelem famulum .
largam clementiam . non solum autem post penitentiam . palam edicit
uulnera sua . sed & in posterum uniuersæ nationi eadem manifestat
& psalmum scribit . ut non remissio res post penitentiam efficiantur
homines . & ut sciant quantam fabulam concupiscentiæ habeat tragæ-
dia subintrante enim penitentia . uenit & fiducia . Quia ego salua-
tus sum inquit . quare non & alii me narrante saluentur . Si mi-
hi concessit . propter ea scribo ut & uulnus & medicamenta .
uniuersi cognoscant . Non tamen eo confusionem . quia meam salu-
tem desidero . Sic & paulus facit concessas sibi peccata publicat
dicens . Gratias ago dō qui me confortauit xpo . quia fidelem me
& estimauit qui prius fui blasphemus & persecutor & contume-
liosus . sed nunc fidelem me fecit . Propterea inquit me & ipsum
publico . ut si quis est blasphemus & inuidiosus . & multis obnoxius
malis . non desperet salutem . Tantum est ut recedat a malis . & faci-
at bona . & habebit spem salutis sequia nolo mortem peccatoris dicit
dn̄s . tantum ut conuertatur & uiuat . & tu o dauid qm̄ moecha-
tus es & homicidium perpetrasti . ideo penitasti . & remissionē
adō meruisti . Propterea etem & ipsum publicas . ut si quis est moe-
chus & homicida . discat qm̄ si conuersus penituerit . potest ad
salutem uenire . Ideo utraq; ante oculos posuit . & peccatum &
penitentiam . & salutem . ut eligamus salutem . Hoc est ergo